ARTI
CVLI AD NAR.
RATIONES NO-
VAS PERTIM
FORMA
TI.

K
Coll. a. 14
2

LONDINI IN AE.
DIBVS VVILHEL
MI POVVEL.

ANNO.M.D.XLVII.

ARTICVLI AD NARRATIONES NOVAS.

IN PRINCIPIO omnium sciendum est, quod oĩa ea placita in curia dñi regis placitãdum sunt vel placita terre vel transgressionis vel vtramq; tangunt nature. Et sic sunt realia vel personalia aut mixta. Ergo ante oĩa dicendum est de placito terre, quod placitare põt iiii. modis videlicet de feodo dominico et de recto, vel de feodo et de recto et non de dominico, aut de feodo et de dñico, et non de recto, vel de dominico et non de feodo neq; de recto,

Oĩa placita qualia sunt.

☞ Et illis que sunt de feodo dominico et de recto primo loquendum est, Et hoc est de breue de recto per quod petat terra, prat boscus, pastura, mariscus reddit, narrãdo de seisina alicuius antecessoris petentis, aut de seisina sua propria in omnibus suis casibus naturis et membris rectum tãgere, sicuti breuia de recto ingressu. post dissiam escaetis, forma donationis. Cessauit per

biennium.

℣ Secundum membrum placitum est de feodo recto / et non de dñico sicut de breui de aduocatiõe ecclesie et de quod permittat que sunt de feodo et de recto et non de dñico / vbi petit piscari in alterius piscaria passere aãlia ī alterius solo / capere effoueria in bosco alieno / vel petere franchesiam in solo alieno. tanq̃ pertinent ad liberum tenementũ petentis vel aliter. Et sciat cẽs, quod tria bria plitant sicut bria de transgressione per attachiamenta, et per districtionem eodem mõ quo breuia de coruẽtione. Quare eiecit infra terminum. Quo iure, et de warãtia carte, et ī aliquibus eorũdẽ cõcedẽdũ est vius, et in aliquibus nequaq̃ / sicut in transgressione, quia est de iniuria defẽdentis propria

℣ Tertiũ membrum est de feodo dñico et non de recto, quemadmodum breue de mort antecessoris et suis membris, vt de breue de cõsanguinitat, de auo, de rõnabili part. quod appellatur nuper obiit. Et hic scias, quod licet habet de nuper obiit sit de feodo et de dñico tamen adhuc, quilibet narrat in breui de

nuper

nuper obiit de feodo dominico et recto et hoc binis rõnibus, quarũ vna rõ est, nõ obstãt q̃ petens in heredit̃ petita nõ habet rectũ simplex scilicet purũ/ quod gallice dr̃ droit droit. nec ipse qui clamat esse secum parcionarium in illis tenemẽtis non hũit purum rectum, hoc nõ obstante qñ parcionarius de eadẽ linea intrauerit in illa tenementa/tamẽ rectũ habet ille in tenẽtis petitis q̃ alius parcionarius habet i tenẽcia / eo quod narrabunt de vnico descensu, et licet non habuit purum ius/ad minus quo ad suã partem habet ius/quia vnũ et idem rectum habet ipse pro semetipso q̃ habet alter pro seipso. &c.

Altera ratio est/vbi ille petens narrat de sersina antecessoris sui qui nuper obiit /vt de dñico feodo et iur̃ / aduersarius eius/ qui ĩde tenẽs ẽ/nõ põt illud ius defẽder̃/eo quod stultitia esit/quia pro hoc adnichillaret ille ius suum proprium/eo quod ipse ingressus est per eundem antecessorem/et nihil habet nisi per idem ius quod alĩ habuit/sicq̃ dediceret rectũ siue ius propriũ. Et nota quod in tali breui non iacet visus &c.

℣ Quartum membrum est de dñico et nec de feodo neq; de iure, sicuti breue de assisa noue disseisine in omnibus suis membris et naturis / eo quod tal breue nullus preter potest neq; ius neq; feodū sed tantummodo liberum tenementum scilicet recuperare eūdem statum, quem habuit eodem die quo eiectus fuit, vel disseisitus. Et hoc placitum est mixtum eo quod tangit vtramq; naturam &c.

℣ Postea et vltimo omnium dicendū est de placito transgressionis / quod tribus modis existit, quia transgressio facta dicitur esse contra coronam regiam / quo tangit vitam et membrum / vnde attachiatus erit per corpus / aut est transgressio contra pacem regiam facta / sicut est de verberatione / de clauso fracto / de arboribus succisis / bonis asportatis / de prohibitione regia, de exilio / de vasto, quod est mixtum et de aliis cōsimilibus secundum earum naturas. Et vnde defēdens erit attachiatus per plegios, vel aliter, vt est de debito / vel iniusta detentione catallorū / Quare impedit / Replegiare / in quorum aliquibus defendens summoniendus est. Et in aliis attachiā-

dus

dus per plegios iuxta eorum naturas.

¶ At supreme sciendū est / quod dignitate regie appēdūt due Curie ordinarie vbi placita tam criminalia quam coīa placitātur / scilicet maior et minor. Curia maior est semper vbi iustitiare regii sedent / quēadmodum bācus regius pro criminalibus et aliis coronam regiā tangentibus. Curia minor / veluti coīs bancus / et corā iusticiariis itenerātibus pro coībus placitis placitandum et determinandum. Curia etiam Cācellarie regie, est curia ordinaria pro brīfbns originalibus emanendis et cōcedēdis / sed non pro placitis communibus tenendum. Et omnes alie curie dicuntur inferiores his curiis antedictis velut comitatus / et curia baronis / et alie curie / que sunt accessorie et extra ordinarie / veluti curie ciuitatum / burgorum / nūdinarū / et villarū per cartas regias. vel per prescriptionē / aut alia priuilegia habite et tete

¶ Curia etiam scaccarii regia pro compotis vicecomitū / escaetorum / maiorū balliuorū / camerariorū et aliorum ministrorū domini regis audiendū / ac ad diuersa placita personalia per billam inter

¶ Regis dignitati ii. cur̄ appendunt ordina.

inter ministros et priuilegiatos ibidem secundū consuetudinem curie illius tenendum/est curia antiqua/ et ordinaria sicq; est ouerta mareschal sic hospicii dñi regis pro placitis corone infra virgam emergentibus/nec non ad alia placita personalia per villam īter homines tātum hospicii regii infra virgam emergentia determinandum.

¶ Viteriusq; iam videndū est/que placita appendent ad maiorem curiam/et que placita ad minorē. Et breuiter scias quod placita de vita et mēbris, de proditiōe regis et regine/de guerra leuata et exercitu congregato in regno/de homicidio, murdro, raptu mulierum burglaria/et roboria/ de incēdiis domorū de pace regia fracta/de falsitate et contrafactione sigilli magni regis/et de aliis consimilibus/pertinent ad maiorem curiam audiendum/placita vero terre et omnia alia placita/ que sunt communia sicuti de debito / compoto, replegiare catallis/et catallis reddendis/et alia similia spectant ad minorem curiam tam determinandum / scilicet ad cōe bancum.

¶ Placita vero de latrocinijs/de mello

eis

tis/de hutesio/de plagis/et appellum coram coronatoribus et vicecomite incipere possit ī curia comitatus/sed ad presens/licet olim ibi non possunt determinare/ac parua breuia de nocumento/et alia vicecomitabilia et placita de verberatione/et alia quacumq; trāsgressione/vbi periculum mortis vel membri non eueuit/et vbi queritur transgressionem non esse perpetratam cōtra pacem regiam/ac plita debiti et detentionis sub summa quadraginta solidorū ad vicecomitem/ac ad alias curias īferiores pertinent audiendum et terminādum et alia placer vltra summam quadraginta solidorum possunt determinari ī curiis extra ordinariis/scilicet in curiis burgorum/ciuitatum/et villarum/vbi tenētur placita per cartas regias/vel per prescriptionem/ac etiam in quibusdam casibus coram vicecomite plita terre possunt placitari/quemadmodū si quis deficit de recto in curia alicuius baronis/in breui de recto/in tali curia portato/ea de causa falsare poterit curiā illam/et per idem breue placitare in cōm quia illud breue in se hoc requirit/cum dicat

Et niſi fecerit/vicecomes noſter heret/ faciat,ne amplius inde clam̃ audiamus pro defectu recꝫ.&c.

℣ Breuium vero alia ſunt ex plano curſu cõcedenda et faciẽda. Et eorũ aliqua de forma et gracia ſine curſu igitur in omni caſu primo opus eſt vídere ac intelligere caſum / caſuq; bene notato et intellecto / tunc impetrare breue iuxta verum caſum/et deinde ſuper breue bene narrare ſecundum naturam actionis in forma ſuperius recitata/ quia vbi nõ habetur bonum et certũ breue, quod eſt omniũ actionum fundamẽtum et originale/impoſſibile eſt manutenere bonum placitum/neq; facere narrationem congruam/ iuxta naturã breuis / ſuper quo quis narratus eſt.

Fũdamẽtum oĩm actionũ.

℣ Quia in libro precedẽti bꝛiũ natura plane et bꝛiẽ exprimantur / nunc valde vtile et expediẽs erit noſcere articulos narrationis in ſuis gradibus ſuper breuibus partinentes.

℣ Et primo in bꝛi de recto/ quod omnium aliorum breuiũ eſt originale / eo quod ab aliquo alio bꝛe/in quo preclauſus fuerit / poſſit quis reſortire ad

bre
ſec
reſ
alí
Et
fal
bit
in
ral
cia
pe
re
an
fe
po
ac
ga
lí
di
na
℣
qu
de
m
ſa
ip
ſu

breue de recto pro remedio habendo/ sed ab illo breui nunquam ad aliud bre resortire quis possit/eo quod omnibus aliis breuibus in natura alterius existit, Et vbi omne remedium per alia breuia fallit/tamē per breue de recto recupera bit petens/si aliquod ius habeat. Ergo in huiusmodi breue quomodo petēs nar rabit, videndum est. Videlicet de defor ciamento/ de quantitate tenementorum petitorum cum pertiñ/ in qua villa/ de recto suo/ de hereditate sua/ de sesina antecessoris vel propria/ de dominico/ feodo/et iure/de tēpore pacis/de tem pore cuius regis/ de captione explec. ad valenciam dī marce etāplius/ de le gali descensu siue per rectū siue per ob liquum/qualiter et quo recto nunc descē dit petenti. Et tendat secta et dis ratio natio bona &c.

Quompe tens nar rabit in breui de recto.

✠ In breui de recto de dote. Quantitas qua villa, deforciamētū/ quod sit recta dos/que ipsam cōtingit de libero tene mento viri sui. &c. vel quod vir suus ip sam dotauit ad hostium ecclesie/ quādo ipsam despōsauit quod eam dotare po suit. Et tendatur secta.

In

¶ In breui de dote vnde nihil hẽt noĩa partiũ/quantitas/qua villa/iniustũ desforciametũ/ratiã habĩ dos/q̃ eam contingit de libero teñto talis viri sui/vnde nihil habet vel vnde vir eam dotauit ad ostium ecclesie/et quod dotare potuit/et tendatur secta.

☞ In breui de admẽsuratione dotis demonstratio Iohãnis at Style filii et heredis vel cõsanguinei heredis wilfi at Style tenens iniuste tenet plus de hereditate petentis/quã eã eõtingit noĩe dotis sue de libero tenemento predicti wilfi quondã viri sui ĩ to/et talibus villis de hereditati predicti Iohãnis iiĩ, et ideo iniuste/quod vbi oĩa terr̃ et tenementa que vir suus habuit in villis predictis et que iam hereditas petẽtis existit/nõ attingit ad valorẽ .x. li, per annũ. Et vnde ipsã dotari debuit/nisi de tertia parte/videlicet de terris ad valẽciã quinq marcarũ per annũ/predicta tenens hẽt et tenet noĩe dotis sue hereditate petẽtis sex marcas et vltra. Et habet noĩe dotis vnã marcã de hereditate petentis plusq̃ habeř debet/vel sibi pertinet habendum

pro rationabile dote sua / per quod pe
tés sepius requisiuit tenẽtẽ ad permitẽ
dũ admensurationẽ dotis sue predicte
et ipsa permittere nolvit/ sed hec con
tra dixit / et adhuc contra dicit/ ad dã
num &c. Et tendatur secta &c.

℣ In brevi de recto de rationabili par
te quantitas totalitatis petit / qua villa
rectum et rationabilis pars / seisina an
tecessoris in dominico feodo et iure / tẽ
pore pacis / tempore cuius regis / capi
end. explec̃ descensus. item dicat / si sit
partibilis inter fratres. item quod oc
cupans tenet totum quod petitur / et pe
tens nihil. Et tendatur secta &c.

℣ In brevi de nuper obiit / nemina par
cium quantitas petita de totalitate / qua
villa / rectum et rationabilis pars / que
eam contingit / si sit inter mulieres vel
q̃s eũ cõtingit / si sit inter fratres / secun
dum consuetudinem Gauelkynde in to
mil kanc. seisina antecessoris in domi
nico feodo et recto / tempore pacis / tẽ
pore talis regis capiend. explec. vnde
nuper obiit seisitus, decẽsus vt ĩ brevi
de recto de rationabili parte. Et tenda
tur secta.

Ita

In breui de partitione faciẽda, demonstratio partis quod ipse et defendens in simul et pro indiuiso tenent duas carucatas terre ī tali villa de hereditate patris, vel alterius anteceſſorū ſuorū cuius heredes ipſi ſunt, de quibus tenementis contingit ipſā querētē habere vnā medietatē tenendū in ſeparabilitate pro purpartia ſua de hereditate predicta et ipſum vel ipſā defendentē habere alteram medietatē tenendū etiā ī ſeparabilitate pro purpartia ſua. Ita quod quilibet eorum appruare ſe poſſit de purpartia ſua ad voluntatē ſuā. Et quod defendēs partioni inde inter eos ſecūdū legem et cōſuetudinē regni Angl' faciendū cōtradicit, et eam fieri uō permittt. Et hoc minus iuſte, ad dānū. &c. Et tendatur ſecta

℔ In breui de recto de aduocatione eccleſie noīa partiū, iniuſtū deforciamentum, aduocationis eccleſie talis, de quo ſancto eccleſia ſit, in qua villa ſita ſit eccleſia, ad quod maneriū partinet, pro eo iniuſte, quod ipſe vel eius anteceſſor vel predeceſſor fuit inde ſeiſitus in dñico ſuo vt de feodo et iure. Et ad eandē eccleſiā preſētauit clericū ſuū 1. per nomen

men vt verus patronus, qui quidã clericus ad suam presentationẽ fuit adu. illius institutus. et inductus in eadẽ per A. epm̃ loci, tempore pacis, tẽpore cuius regis. Et quod clericus cepit explec, vt in decimis garbis, et oblationibus ad valẽtiam dĩ marc. et amplius de legali descensu siue per rectũ siue per obliquũ, qualiter et quo recto descendit petenti. Et tendat secta et dilrationatio bona.

¶ In breui de Quare impedit de iniusto impedimẽto prelẽtãdi idoneã personã ad talẽ ecclesiã. Qua villa sita est ecclesia, de quo sancto ecclesia sit, et q̃ ecclia vacat, et ad suã spectat donationẽ sessina antecessoris vel sui, qui vltimo presentauit clericũ noĩe I. vt verus patronus, qui quidẽ clericus A. Epm̃ loci fuit admissus, institutus, et inductus in eadẽ et quod clericus explec. cepit, vt in decimis, &c. ad valẽc, vt de feodo et recto ecclesie sue. Quod impeditor impediuit et adhuc impedit, ad damnum &c. Et tẽ datur secta.

¶ In breui de prohibitione, demõstratio partis. quod defendens iniuste prosecutus fuit in curia christianitatis delaĩ

eis

cis catallis, et ideo iniuste/quod eum impe
tauit in curia christianitatis coram tali
iudice de catallis nominando catalia, que
non sunt de testamento/nec de matrimo
nio. Et quod querens tulit sibi breue re
gium de prohibitione tali die et anno coram
talibus quod non sequeretur placitum illud
vlterius in illa curia eo quod non fuit de
testamento/nec de matrimonio/nec de de
cimis. Et hoc non obstante non omisit quin
placitum illud versus querentem prosecutum fuit/
quousque querens excomunicatus fuit/vel
extra ecclesiam denunciatus, contra prohibi
tionem dni regis. ad dampnum &c. Et si sic de
breue indicauit/vbi eum implacitauit in
curia christianitatis coram tali iudice pro
aduocatione ecclesie de Dale, Et impla
citauit clericum suum pro aduocatione tali
ecclesie/Et pro aduocatione decima
rum ad valenc/quarum partis ecclesie pre
dicte/et ipse deliberauit sibi breue dni
regis de prohibitione/eo quod placita
de aduocationibus ecclesiarum spectant
ad coronam et dignitatem regiam. Et hac non
obstante non omisit/quin placitum illud
prosecutus fuit contra prohibitionem
domini regis/ad damnum &c.

In

℔ In breui de medico, nomina partiū quod iniuste nō acquietat eum de seruicio, quod tak ab eo exigit de libero tenemēto in tak villa, et ideo īiuste quod vbi tenet de eo tantū in eadem villa nominādo seruitiū, et ipsū debet acquietare & defendere versus oīes gētes, ibi D et exigit ab eo sectā &c. Et ad hoc faciēdū ipsū distringit &c. vbi nō potest terrā suā lucrari. Et vnde idē defēdens qui medius est inter eos cum acquietare debet, et per tot tempus cū acquietauit vsq; modo ad. iii, annos elapsos, quod se subtraxit, et inde per suā defalt districtus est ad dānū &c Et sic tendak &c

De medio.

℔ In breui de cōsuetudinibus et seruiciis en le debet, noīa partiū, iniustū de forciamētum, nō faciendo seruicia que facere debet de libero teñto in N. Et ideo īiuste, quia vbi tenet de eo tamē terre cū pertin̄ ī N. predict per. iii. s. redditus, sectā ad cur ibi dē homagiū releuiū, et alia seruicia, scilicet sua vel ātecessoris dominico scodo et recto capiendo explec. ī redditibus amēciamēt cur homag Et tēdak secta et disrationatio

Cōsuetudinibus. et seruitiis.

℔ In breui ne īiuste vexes noīa parciū

Ne īiuste vexes.

iniuste eū vexat/ et iniuste petit alia consuetudines et seruitia/ que facere non debet nec solet pro libero tēto / quod de eo tenet in N. et iō iniuste / pro eo quod vbi tenet de defēdēte vnū mesuagiū cū suis pertiñ in N. per seruitia. iiii. s. reddit̄ per annū/ sectā ad curiā suam de tribus septimanis in tres septimanas pro oībus seruitiis/ et defendens petit. x. s. per annū et hoc magiū vltra seruitia predicta. Et ad ea faciēda distriuxit petētem per boues et vaccas et alia auería de caruca sua / ita quod terram suā minime pōt gaynare. Et sic ipsū vexat et vexare permittit/ et de eo petit alia seruitia et cōsuetudines/ q̄s facer̄ debet et solet ad damnum &c. Et tēdatur iecta et dissrationatio.

℣ Cōtra Formam feoffamēti.

℣ In breui cōtra formam feoffamēti demonstratio. Quod cū per cōmune cōcilium totius regni Anglie ordinatum sit quod nullus distringatur pro terris suis ad faciēdū sectā ad curiā dñi sui contra formā feoffamenti sui/ ad quā faciendū specialiter tenetur / vel quod ipse/ vel anteceſſores eius earundē terrarū tenentes fieri cōsueuerūt post primā transfretationem

tationem domini H. fil' regis I. in Britãniam. Et defendens distrinxit ad faciendũ sectam ad curiã suã de. N. tribus septimanis &c. Et hoc minus iuste / pro eo quod tum querens tenet de eo vnum mesuagiũ & C. acras terre in eadẽ villa pro reddit, ii.s. per ãnũ pro oĩbus seruiciis / ibi venit defendens / et distrinxit querentẽ ad sectã predictã faciendũ, et pro. iii. s. et. viii. d. reddit vlterius sibi faciẽdũ pro terris predictis per auería de caruca sua nominando auería / per quod terrã illã gayware non potest / per quod querens tulit sibi breue dñi regis de prohibitione tali die et anno ĩ presẽtia A. T. C. et ipsũ prohibuit ex parte domini regis / quod ipsum vlterius non distringet / et hoc non obstante ipsũ distrinxit contra formã statuti predicti, et contra prohibitionẽ dicti domini regis Et hoc iniuste et ad hoc intuste et ad dãnum querentis, xx. li. &c.

℔ In breui de recto ad petend. terrã in dñico pro seruiciis dedicatis / noĩa parciũ / ĩiustũ deforciantẽtorũ tenemẽtorũ petitorũ / quantitas / villa / causa quare iniuste / quia ille petẽs vel eius anteces-

℔ Recto sur disclaymer.

cuius heres ipse est/fuit seisitus de consuetudinibus et seruiciis pertinent dicte terre/et specificent seruicia/tempore talis regis capt. explec. specificando singulariter quomodo ad valentiam. &c. Et quod pet alias in curi dñi regis per breue petiit seruicia predicta. Et quod tenes ea plane dedixit/et ea ratione petit tenta in dñico. Et tendatur secta et disrationatia fore bona.

Rationabilibus deuisis.

℣ In breui de rationabilibus deuisis nomina partiū, iniustū attrahamētū, quātitas attractat, qua villa causa quar iniuste videlicet quia ius et hereditas sua. Et quod iniuste atfractauit sibi extra villā de N. tamē terr vsq; ad maneriū suū de. B. noīnat extra metas et diuisas que fuerunt inter duas villas in cāpo vocat N. Itē seisina antecessoris de dñico feodo et recto, tēpor pacis tēpore cuius regis capiendo explec. vt in b ado herbagio pōtatione, venatione, ad valēc. &c. descensus linealis/tendatur secta et disrationacio.

Per ambulatiōe facienda

℣ in bri de Rationabilibus diuisis nomina partiū, iniuste nō permisit rationabiles diuisas esse factas inter terras predicti

dictꝰ querentis et terras defendentis in N. prout esse debet et solet. Et ideo iniuste, quod vbi rationabiles diuise debent et solent esse inter terras A. et terras B. in. N. vel inter terras. A. in. N. et terras. B. in. D. ibidem incipient versus austrū, et cōtinuando vsq; talē locū versus boream per magnū fossatū ibidē, vltra quod idem B. nihil habere debet ibi dictus. B. iniuste vltra predictas diuisas accrochiauit et attraxit sibi ī N. predict centū acras de terris predicti. A. &c. Et hoc minus iuste, pro eo quod est ius suū &c. ostēdendū seisinā antecessoris in dominico feodo et recto per metas predictas. tēpore pacis tēpore cuius regis capiendo explec. ad valenciam &c. per cuius mortē discēdebat ius querēti mōstrandum descensum. Et tendat secta et disrationatio.

Recto de custodia.

✠ In breui de recto de custodia, nomina partiū iniustū deforciamentū wardū et maritagiū. L. filii et heredis. B. cuius heres ipse est. Et ideo īiuste, quod. B. pat ipsius A. terrā suā tenuit de querēt, ostē dēdū quātitatē tenemētorū per seruicium militare, vnde ward. ad ipsū perti-

net, eo quod obiit in homagio querẽtis. Et vnde cũ inde iniusta deforciat ad dãnum. Et tendatur secta.

℔ Ejectione custodie

℔ In breui de Ejectione custodie demõstratio. Quod cũ custodia vnius carucate terre in tali villa ad querentẽ durãte minore etate Wilfi filii et heredis Iohãnis at Style pertinet, eo quod idẽ Iohãnes terrã predictã de predicto querẽte tenuit per seruitiũ militare videlicet per homagiũ fidelitatẽ vt supra de quibus seruiciis ipse fuit seisitus, &c de qua quidẽ custodia ipse fuit possessionatus pacifice quousq; defendẽs tali die et ãno vi & armis dictum querentem inde eiecit contra pacem. &c. ad damnum, &c.

De herede rapto

℔ In breui de herede in custodia rapto demõstratio. Quod cũ querens fuit possessionatus de custodia Iohãnis at Style filii et heredis Wilfi at Style, et cuius maritagiũ vsq; ad legitimam etatẽ predicti Iohãnis. xxi. annorũ ad ipsũ querentem pertinet ratione quod predictus Wilfimus pater eius terrã suã videlicet vnum mesuagiũ et vnã carucatã terre ĩ tali villa tenuit de querẽte per seruiciũ militar videlicet per homagiũ fidelitatẽ scutagium

giū et.x.s.reddit̄ per ānū ſoluend. &c. de quibus querens fuit ſeiſitus videlicet de homagio et fidelitate predictis vt de feodo per manus patris heredis, ipſum nominando, vt per manus veri tenentis ſui tempore pacis, tēpore talis regis et poſſeſſionē inde cōtinuauit quouſq; defendens tali die et anno apud talē villā ipſū heredē vi et armis rapuit et contra voluntatē querentis abduxit, ad dānum &c. Et contra pacem. &c.

℟. In breui de Quod permittat de communia paſture, demonſtratio ſ. partium, quod iniuſte nō permittat querentē hīe communiā paſture in tali villa in tantis terris pro quātis et quibus animalibus per totū annū vel poſt fenū ibm̄ creſcen̄ ſiue blada ibm̄ creſcene, falcat̄ ſiue et aſportat̄, vel per certū tēpus ānis, ſſina anteceſſoris, vt de feodo et recto, tempore pacis, tempore cuius regis capiend explec vt in paſcendo aueria, que et quot aueria, et in aliis exitibus paſture. Et tē datur ſecta et diſrationatio. &c.

℟ Quod permittat.

℟ Item in breui de Quod permittat de piſcaria, turbaria. et in aliis ſimilibus mutatis mutandis. Et quandocunq; ſunt

Eodem mō fiet in breuibus

iu le debet et ſolet ſunt de recto et ten datur diſrationatio. &c.

Quo iure

℣ Iu breui de quo iure. Noīa partium et demonſtratio, quod iuſuſte exigit cō muniam paſture in terra querētis in. N. vbi defendens nullam communiā habet, nec querens aliqua ſeruitia ei facit, quare communiā in terra ſua habere debet Et pro eo iniuſte quod defendens exigit communiā paſture in. C. acris terre ipſius querentis in N. predicta ſper totū annū cū omnimodis aueriis ſcilicet bobus, vaecis, equis, porcis, bidētibus, capris. et aucis, vbi ipſe nullam coīam in predictis centum acris terre habet. nec predictus querens et aliqua ſeruicia facit. per que communiam paſture ibidem habere debet. Et ſic exigit communiam paſture ibidem minus iuſte ad dampnum &c. Et tendatur ſecta.

Admenſuratione paſture

℣ In breui de Admenſuratione paſture domine iudex demonſtrat vobis Iohannes Hilf. qui preſens eſt in propria perſona, quod henricus Holt. que etiā preſes eſt in propria perſona. iniuſte ſuperonerat communiā paſture ſue in Dale videlicet in centū acris terre in eadē villa

et

et plura animalia ānuatim habet ad de pascendū ibidē, q̄ habere debet secundū ratā liberi tenemēti sui in villa predicta. Et pro eo iniuste, quod idē defendens non habet preter vnā carucatā terr' ibidem, ad quā communia pasture in eisdem cent' acris appendit, et querens habet aliā carucatā terre in villa predicta Plus vel minus, ad quā etiā coīa ī dictis terris appendit, ibi predictus defendēs annuatim superonerat communiā predictā cū pluribus aueriis quā habere debb.. ad communicād. ibidē vel ei appendit ratione liberi tenemēti sui predicti, ita quod querens non potest habere suā communiā pasture ibidē que sibi appendit habere ratione liberi tenemēti sui in eadē villa, per quod querens sepius requisiuit dictum defēdēt permutter ad mēsurationē communie pasture predicte, et amouere superoneratiōē illā. Et ipse ad hoc faciendū penitus recusauit. et ad huc recusat, et hoc minus iuste, ad dampnum dicti querentis. C. li. inde produc. sectam &c.

Secta ad molendinum.

✠ In breui de secta ad molendinū demōstratio partiū, quod iniusta nō fecit

sectam ad molendinum querentis in N quā facere debet et solet oīmodis bladis crescentibus in dominicis terris suis in tali villa scilicet frumēto ordeo auenis et similibus ad molend. pro tāto capiend. pro eo iniuste quod est ius et hereditas querētis. Et vnde eius ātecessor fuit seisitus de secta predicta ad molendinum predictū per manus talis vt per manus veri tenētis vt de feodo et recto capiēdo explec., tēpore pacis tempore cuius regis vt in multura bladi et tolenī Et tendatur secta et disrationatio. Et si breue sit en le debet et nō in le solet, tūc narrabit de damnis, et non dicat. quod est hereditas sua.

℣ Quod permittat

℣ In breui de quod permittat molare ad molēdinū dēmōstratio partiū, quod non permittat querētē molare sua propria blada ad molendinū defendentis in tali villa quiēr de multura prout molare debet vel molare debet et solet nominādo grana crescenc. in talibus terris nominādo quātitatē terre vbi crescebant pro eo iniuste, quod est ius suū. Et vnde ipse vel antecessor eius fuit seisitus vt in molatione frumenti. &c. vt de feodo et

iure

iure/tēpore pacis/tēpore cuius regis ca piendo explec. vt in multura bladi cres cens. ī suis dominicis terris quiet abíq; tolneto vsq; ad tātū tēpus elapsū quod eum interruptus fuit, Et hoc minus iuste ad damnū. &c. Et ísl soít en le debet et solet, il tendra suite et barre bon, ou autrement il ne tendra forsq; suite &c.

℣ In breui de quod permittat prosternere pontē, demonstratio. Quod nō permittat prosternere pontē in M. quem Iohannes pater defendentis leuauit ad nocumentū liberi tenemēti tenētis in eadē villa vel in alía villa post primā transfretationem. Et ideo iniuste quod aqua currens inter tales villas, que ville non communicant ī símul cū aueriis suis nec communicare solent, et quod aqua illa solebat defēdef ne animalia vnius ville intrarent in alterā villā ad depascend. communiam pasture ibidē crescente. Et pater defendentis leuauit pontē predictum per quod animalia illa actedunt aquā illā per pontē illū. et depascūt cōmuniā pasture querentis in altera villa. Et sic potest fieri narratio quando pons leuatus fuit tēpore patris querētis cuius heres

℣ Quod permittat.

heres ipse est. Et predictus defendens licet sepius requisit. pontem illū prosternere non admisit nec adhuc permittere velit, ad dampnum. &c. Et tendatur secta

Nocumentum.

¶ In breui de Nocumento demōstratio de eo quod defendens iniuste et sine iuditio leuauit molendinū aquaticum vel vētriticū ī tali villa ad nocumētū liberi tēniquerentis in eadē villa vel in alia villa post primā transfretationē dñi H. regis fil regis Iohīs in vascoñ pro eo iniuste quod cum querens seisit est de vna acra prati in eadē villa in dominico vt de feodo, ibi defendens leuauit molēd. occasione cuius secta populi facta ē ad molend. vltra dictā acrā prati, in eundo et redeūdo ad molend. ¶ predictum, vbi nunq̄ antea fuit aliqua talis secta ibidē vel aliter per ripas aque ad molēd. predictū currentis, acra multoties subuersa erit, ita quod proficuū suum inde facere nō posset ad nocumentū liberi tenemēti predicti. &c. Et ad dampnum. &c.

¶ Aliter de eo quod iniuste et sine iudicio leuauit vnū gurgitē ī aqua de Dale in tali villa et eo iniuste quod cū querēs seisitus est in dominico suo vt de feodo

de

de vno molendino situare super aquam predictã in eadẽ villa. Et ibi predictus defendens leuauit gurgitẽ tante altitudinis quod aqua illa ad molendinũ predictũ currere velociter nõ põt, ita quod vbi ipse per vnũ diem et vnã noctẽ solebat molare cũ molendino suo predicto viginti quarteria granorũ, iam non potest molare decẽ quarteria per leuationem eiusdem gurgitis. Et vlterius vbi querens solebat dimittere piscariã aque predicte pro. xx. s. per annũ ad presens per leuationẽ dicti gurgitis pisces ibm̃ ita turbati existunt et ab inde fugati, sic quod ipse non potest locare piscariam illã ad presens pro. x. s. per ãnũ ad dãnũ &c. vel iniuste et sine iudicio leuauit domũ ad nocumẽtũ. &c. pro eo iniuste, quod leuauit domũ predictã tante altitudinis ita quod pluuia a domo illa cadens descendit super domum querentis per maeremiũ domus querentis putrid. deuenit, vel vbi coopertura domus querentis solebat durare per septem annos absq; reparatione. vbi ad presens oportet eam ea occasione reperare singulis annis ad damnum.

In

De chimino habendo.

℣ In breui de chimino habendo demonstratio. Quod defendens iniuste nō sinit querentē habere chiminū vltra terrā suā in Dale. Et ideo iniuste, quia antecessor suus fuit seisitus de chimino illo vt de feodo et iure, tēpore pacis tempore talis regis capiend. inde explec. vt in chacea ando boues et vaccas, et cariag cum carrectis et carris ad valenciā. &c. desecēsus &c. Et tendatur secta &c.

De libero passagio.

℣ In breui de Libero passagio habend. demonstratio, quod defendens iniuste nō permittat querētē habere liberū passagiū vltra sabrinā vel vltra wayā cū chemis in nauī vel cimba ipsius defendentis prout debet et solet. Et ideo iniuste quia ipse debet habere liberū passagiū in nauī vel cimba ipsius defēdātis vltra aqnā predictā apud talem locum pro se hominibus, equis, bobus, cariagiis, animalibus, et rebus suis toties per viā illā venerit. Et vnde ipse fuit seisitus vt de feodo et iure, tēpore pacis, rēpore talis regis capiendo inde explec. ad valētiam, &c. vt in libero passagio, &c. et possessionē suā inde cōtinuauit vsq; ad tres annos elapsos ante diem impetrationis breuis

breuis, ſcilicet tali die. &c. quod predictus defendens tñ eum iniuſte perturbatus fuit/ et liberū paſſagiū ibidē habere nō permiſit nec adhuc permittit ad dānum Et tendatur ſecta.

¶ In breui de Auo iniuſtū deforciamētū de tantis terris in tali villa. Et iō iniuſte quod quidē noīe Iohannis auus petētis fuit inde ſeiſitus in dñico vt de feodo/ tēpore pacis, tēpore talis regis capiēd. inde explec. ad valentiā. &c. vt de feod. et dñico. Et inde obiit ſeiſitus poſt cuius mortē de predicto auo deſcendebat feodū et dñicū petenti vt cōſanguineo et heredi dicti aui videlicet filio Thome filii predicti Iohannis. Et tēdatur ſecta

De auo;

¶ In breue de conſāguinitate noīa partiū iniuſtū deforciamētū quātitas petita qua villa ideo iniuſte quia quidā I. cōſāguineus ſuus, cuius heres ipſe eſt fuit ſeiſit ī dñico ſuo vt de feodo et inde obiit ſeiſitus, tēpore pacis/ tēpor cuius regis capiendo explec. et obiit ſeiſitus. Item reſort P deſcenſus vt caſus requirit. Et tendatur ſecta. Et eodē modo ſit ī breui de auo mutatis mutandis.

De cōſanguinitate

Quod ei deforciat.

¶ In breui de quod ei deforciat demō-

ſtratio

ſtratio q̄ iniuſte ei deforciat petentē de tāti, terr̄ i N. pro eo iniuſte quod eſt ius ſuū, et quod clamat eſſe rationabile dotem ſuā vel quod clamat eſſe maritagiū ſuū, vel quod clamat tenere ſibi et heredibus de corpore ſuo exeunt̄/ vel quod clamat tenere ad terminum vite ſue Et vnde fuit ſeiſit̄ vt de dñico feodo & iure per formā donationis predict̄, in tē pore pacis, tempore cuius regis capiē do explec. ad valentiā. &c. Ꝙ alit̄ quod eſt rationabilis dos querētis, vnde fuit ſeiſita in dñico vt de libero tenemento &c vel quod eſt liberū tenementū ſuum tenendū ad terminū vite ſue, vſi fuit ſeiſita in dñico vt de libero tenemēto. &c. vel quod eſt liberū tenemētū ſuū tenē dum ad terminū vite ſue, vnde fuit ſeiſita in dñico ſuo, vt de liber̄ tenemēto Et vnde tenens eum vel eam deforciat. Et tendatur ſecta.

Idtruſio ne.

℣ In breui de intruſione noīa partium iuiuſtū deforciamētū, quātitas terr̄ qua villa quod eſt ius et hereditas petētis & in que tenens nō habet ingreſſū niſi per intruōem, quam fecit in ill̄ poſt mortē Iuliane, que ill̄ tenuit in dotem ex dota

tione

tione I. quondã viri sui, vel quod tenuit ad terminũ vite sue per legem Anglie I tenuit ad terminum vite sue, et ad petentem reuerti debent post mortem. &c, vt cõsanguineo et heredi. Et vnde eius antecessor fuit seisitus ī dñico vt de feodo tempore pacis, tempore talis regis capiendo explec. ad valentiã. &c. Et tendatur secta.

Ingressu in casu prouiso.

✠ In breui de īgressu ī casu prouiso nomina partiũ/iniustũ deforciamẽtũ quantitas terrarum/qua villa/ pro eo iniuste quod est ius et hereditas petentis/et vnde eius antecessor fuit seisitus ī dñico vt de feodo et iure/tempore pacis, tẽpore talis regis capiendo explecias ad valenciam. &c. vt de feodo et iure. Et de antecessore descendebat ius petenti ostendendũ qualiter. Et in que non habet ingressũ nisi per N nuper vxorem antecessoris que ill' tenuit ad terminum vite sue ex dotatione dicti anteressoris quõdam viri sui. Et que post dimissionem/quam idem N. fecit tñi infra tempus predictũ in feodo ad exheredationẽ petentis ad ipsum reuerti debet per formam statuti Glouceſtre in huiusmodi casu edite et

prouiſ. Et tendatur ſecta, ſ ſic. In quod non habet ingreſſū, niſi per Iohannem at Style. qui illa tenuit ad terminū vite ſue per legem Anglie poſt mortē Alicie nuperrime vxoris eius, matris petentis, cuius heres ipſe eſt, q̄ illa ei dimiſit in feodo, et que ad petentem reuerti debet per formam ſtatuti in conſimili caſu editi et prouiſi.

Ingreſſu ad terminum.

℣ In breui de Ingrū ad terminum qui preteriit, Nota partiū, iniustū deforciamentū de tātis terris in tali villa. Et iō iniuſte, quia ē ius et hereditas ſua. Et vn de petens vel eius anteceſſor fuit ſeiſitus in dñico ſuo, vt de feodo et iure, tēpore pacis, tēpore talis regis capiend. inde explec. ad valentiā. &c. Et in que tenēs non habet ingrīm niſi per anteceſſorem petentis cuius heres ipſe eſt, oſtend. qualiter illud ei dimiſit ad terminū qui iā preteriit. vel ſic, nō habet ingreſſū niſi poſt dimiſſionē, quā pater petentis cuius heres ipſe ē, fecit tali ad terminū, qui iam preteriit.

Dum fuit infra ætatem.

℣ In breui de ingreſſu dū fuit infra etatem, i dū nō fuit compos mentis demōſtratio, iniuſtū deforciamentū de tantis tenemē-

